alias fuit jam constitutum natura, et unicuique tribuitur jus ~~depensionis~~ defendentis se, resque suas.

Sin vero lex in his concedendis spectat ad criminum vindicationem, profecto rem praestat summe periculosam, dum ita assuefacit cives, utique ad iras, rixas, turbas, arma, caedesque, dum animadversionem publicam permittit illis, qui in ea re saepe servient odiis privatis, qui, maxime si ulciscantur injuriam, quam ipsimet acceperint, perturbati, amentesque animo nonnunquam insontem pro sonte imprudenter opprimant, et nunquam sonte in ipso puniendo servabunt justum poenae modum.

Multo melius est in judiciis ratione, et ordine constitutis agnosci sedate, et caute, quis reus sit, et quali dignus; audiri quid quisque afferat aut ad eluendum crimen, aut ad minuendum, et ita nihil, nisi justum, et par, neque ex privata illa indignatione, vel simultate, sed tantum publica ex necessitate; legeque decerni. Tullius de Offic. lib. 1o cap. 18o. Ita etiam reus capite plectendus sit, minimum dabitur opera, ut pie moriens vitam temporaneam cum aeterna illa commutet: id quod contra fit in illis, quos, lege permittente, strictus privatorum hominum gladius repente

interimit. Spiritualis autem salus hominis cujuscumque ubi potest componi cum publica salute, exemplo, non est, praesertim in terris Christianorum, alii vincenda.

Atque porro audet, ut quidquid boni speretur ex hac privata manu tuendis criminum poenis, non multo superetur vi, copiaque malorum, quae manant ex illo ipso fonte. Qua de re arbitror talia vix aliquando posse digne permitti nisi forte ubi et reus alioqui sit evasurus (quod in politia alacri, atque solerti non adeo facile erit) et ne impunitus evadat publice, summeque interest, quam rationem indicant imperatores in L. 1a cod. quod liceat unicuique sine judice se vindicare, quo loco cum de latronibus, deque nocturnis agrorum populatoribus impune occidendis constituissent ita subjungunt = Melius est occurrere in tempore, quam post exitum vindicare. Vestram igitur vobis permittimus ultionem, et quod serum est punire judicio subjugamus edicto =. In ceteris apprime videns retineri oportere illam civili statui maxime accommodatam Pauli sententiam = Non est singulis concedendum, quod per magistratum publice possit fieri, ne occasio

sit majoris stimulus faciendi = §. 176°. pr. ff. de regulis juris.

§ 51.

De eo cædis patratæ præmio, nomen cui interdum taglia.

Nonnunquam accidit pecuniam certam publice promitti illis, qui reum aliquem interfecerint; quod præmium solemus Itali nuncupare taglia. Hoc multo minus laudo, quam, de quibus nuper dixi, permissiones necandorum reorum factas nullo tamen præmio proposito: siquidem præter illa communia habet hæc res etiam sua propria mala, quæ etiam multo pejorem faciunt. Multo facilius in hoc genere usuvenit, ut externi, ignotique homines, quos etiam ad cædem incitat præmii spes, errent in persona ejus, qui cædendus est. Varius etiam reus, cum interimitur, nihil habet ea re admixtum naturalis defensionis, nihil fere indignationis injuriam propter acceptam proterviam recens; quæ malitiam ulciscentis extenuet: sed plerumque multo postea, quam crimen patratum est, ille qui nihil non illo læsus, imo nec passus fuit, tranquille fundit humanum sanguinem non adductus amore justitiæ sed cupidine

pretii. Quæ cruenta merces certo, utque ut valeat obtineri, mirum quot fraudes, proditionesque texantur: conjunctissimæ ipsæ hominum, sanctissimæque necessitudines haud sunt securæ, dum sæpe avaritiæ causa hospes in hospitem, amicus in amici, propinquus in propinqui necem armatur, Beccaria dei delitti e delle pene § 11° cujusmodi execrabilia contemplans, perhorrescensque Poeta non potuit, quin exclamaret

Quid non mortalia pectora cogis
Auri sacra fames! Eneidos lib. 3° vers. 56° et seq.

Cur sceleris unius pœna tam multo pluribus, tamque majoribus tum sceleribus, tum periculis emitur? Cur exemplum, quæ ratio est unica suppliciorum omnium, retenturum in officio homines cæteros, sic isto modo perversum, ut contra eos abstrahat ab officio, animosque, moresque mortalium fœde corrumpat. Non ita debent, qui imperant, manifestare infirmitatem regiminis sui, illudque contemptui subditorum objicere, dum monstrant sibi opus esse fortitudinis his, artificiisque, illaudatisque ausis, quo perveniatur ad coercitionem criminum. Ea sit potius in civitate legum, ea magistratuum solertia, virtus, efficacitas, ut persuasum cuique sit, vitari non posse pœnam flagitii infligendam legitime, et publice; ut illi, qui nihilominus, at ob eam ipsam persuasionem multo rariores peccaverint, difficilius inveniant

effugium.

Quod si non eo tamen minus poterit forte reus aliquis aut perpetuo delitescere patriis in finibus, aut in oras alienas evadere, sique ea quae de reddendis vicissim reis inter gentes praesertim finitimas existere solet pactio, nihil profuerit ad fugitivos hos recuperandos, at quis non videt poenam inesse in hoc ipso haud mediocrem, poenam esse, quod ipsi in exilio, squalore, ignominia, tenebris, formidineque coguntur perpetuo vivere? Quis non intelligit, multo minus damnosum fore, hos eodem nulla ipsius generis venali manu perire, quam ex ejusmodi et stragibus, et stragum publicis incitamentis nasci eam tantam, quantam vidimus, tamque multiplicem pestem civilem?

§ 32.

Utrum valeamus delinquere in nosmetipsos.

Multo plura, quam in alios, nobis certe licent in nos: verum neque in ipsos nos licent nobis omnia. Quandoquidem non est homo in dominio sui, cum non sit ipse a se, verumtamen a natura, quae nos beneficio suo donatos anima, et corpore monet indesinenter, esse illa vero data ad excolendum, et perficiendum, non ad abutendum,

corrumpendumque.

Recte autem, et secundum naturam ivi sunt semetipsis homines, dum si non omnino jubente, cogenteque, certe impellente natura ipsa, applicavere sese ad societates (§ 6° in principio), in quibus multo tutius, quam in solitudine, multoque et commodius, et dignius valerent vivere; id quod fieri quoniam nequibat, nisi res suas, personasque singuli dedicarent utilitati communi, ex qua cujusque propria salus, et incolumitas speranda erat, ex eo hoc praesertim nomine desierunt deinceps posse quidquam committere adversus se, si id foret cum detrimento societatis illius, cui obligati ipsi, obnoxiique evaserant (dicto § 6° in fine).

Ergo quidquid a naturae, atque legum praescriptis discedentes audemus in nos, id si non sit ejusmodi, ut videatur profectum potius ab amentia, erit res omnino vituperabilis, et esse eadem delictum poterit, si in ea, quae nostra contigit voluntate, manuque, laesione nostra deprehendatur laesa societas, cujus pars ipsi nos sumus (§ 9° 10° 11° et 12°) ergo talia etiam in facinora digne vindicetur poena, si id haec valeat consequi finem suum in deterrendis hominibus ab imitando. Ut si sese quis evirtuaverit, quo et delictis contra, et tanto magis possit discere,

aut si bello imminente, ne in militiam legeretur pollicem sibi praeciderit: haec, et quidem generis alia lex ipsa habebit in criminis, a quo non debeat abesse poena: l. Qui cum uno 4.o § cum qui 12.o ff. de re militari, Antonius Mat. proleg. cap. 3.o § 1.o vers. faciat ino: Sunt quippe cum in eo ipso, quod gestum fuit mala prorsus, et noxia, cum in eo etiam quod gestum non fuit plena periculi: qui enim (sicut praeclare est apud Marcianum) sibi non pepercit, multo minus alii parcet l. Qui rei 3.a § sic autem 6.o ff. de bonis eorum, qui ante sententiam &: consentitque Ulpianus in l. Cum autem 13.o § excipitur 3.o ff. de aedilitio edicto. Neque vero facta hujuscemodi sunt illius, qui ratione caret, sed qui, quemadmodum delinquentes omnes, faciat contra rationem. Quocirca evidens est crimen: at est nihilominus evidens justitia, utilitasque poenae; siquidem agitur de illo genere, in quo poena ipsa sancita deterret porro aliis omnibus animos committendorum similium.

§ 53.

De his, qui mortem sibi consciverunt.

Universum genus humanum hic testem invoco: ex hoc enim genere quisque non tam intelligit, quam in se ipso sentit esse sibi appetitum duplicem

duplicem

duplicem et vivendi, et vivendi beate. Utrumque est naturale, quoniam ingenitum omnibus: neutrum et liberum, sicut eidem libertate carent et cetera omnia, quae in nobis eveniunt, non a nobis, verum ex efficientia naturae, quae legibus regit certis, atque fixis hanc mundi universitatem. Appetitionum autem istarum illa princeps, atque praecipua, quae tendit ad vivendum: est quippe ea fundamentum appetitionibus alteris; cum beate vivere nequeamus, nisi ante omnia existamus, vivamus. Propterea cernes vel eos, qui sint mortalium infelicissimi, magis velle infelicitatem suam tolerare, quam per exitium, interitumque sui et illa evadere: vident enim nihil efficio tali sibi pejus posse contingere, quia sic una cum eo, quod possident, bono vivendi amisuri sint quoque spem melioris fortunae, jucundiorisque vitae. Etenim illi, qui intolerabiliter afflicti sua sorte praesenti, ne a futuris quidem rerum vicibus quidpiam expectant mitius, si quando impatientes doloris ipsi sibi mortem decernunt, contestata ab ipsis in ipsos manus refugit, contremiscit, recusatque exequi jussum nunc, tot potius vix tale aliquod jussit voluntas, continuo

ipsamet sursum suum revocat. Oh admirabilem vim, sapientiamque naturæ! quæ cum vivere vellet homines, atque ut viverent procrearit simul valet eos defensores vitæ suæ non solum contra alienos, verum contra ausus ipsos suos.

Qui igitur contra morem, ingeniumque ceterorum hominum adeo sui met factus est inimicus, ut ipse se tamen occiderat; qui naturalem illum primarium, indelebilemque appetitum vivendi oblivisci valuit; qui mortis horrorem, quo perfunduntur, quatiuntur omnes, cui nemo est, qui resistat, potuit superare, is procul dubio in eam venit perturbationem, ferociamque animi, quæ a furore, amentiaque nequeat disjungi. Quocirca jure meo hunc hominem crimine solvo propter insaniam: nec [illegible] cum magis dicam, quam bruta ipsa animantia, quibus fuit imo sæpe insipientior, quando nec illa in semet sæviunt.

Quid nunc loquor de pœna criminis, ubi nullum crimen reperio?, aut quid etiam crimine in vero pœnam reperire, quæ vel inutilis futura sit, vel detrimentum societatis potius allatura? Punire mala, quia mala, vidimus rem esse

[illegible] (S Aug.) humanam [illegible] per homines nulla [illegible] in eo quod interest [illegible] pœnæ eorum, qui [illegible] runt, arcere mortis similem. Id [illegible] mulatæ superioribus lucis (professoris in principio) [illegible] infra eo illustris, plerumque [illegible], cum ipse ramus de pœnis et [illegible]. Atqui nulla pœna terribilis apud eum, qui paratus per consciscendam sibi mortem est [illegible] omnem sensum patiendi. In suicidii interfectorem qualecumque supplicium excogites, aut timebitur porro, aut non timebitur; si non timebitur, non impedit facinus; sin timebitur, tanto magis opera [illegible] disque ponetur, ne in propria nece qui facere conatus est, existat irritus, ac certa mors hominem subtrahat pœnæ formidatæ. Quid igitur pœnis valet, quod [illegible] nihil [illegible], nempe ut, quando pœna debet abducere a crimine, hic ex contrario stimulos ad crimen adjungat.

Forsitan erunt, qui putent, publicatis bonis [illegible] tum, [illegible] posse hosce ausus reprimi: videlicet propter amorem parentum erga liberos, quos nolent ad eum modum relinquere in egestate. Principio quid hoc ad eos, qui liberis carent? Deinde quantumcumque sit genitorum charitas adversus genitos, quoniam nihilominus quisque vere plus diligit semetipsum, quam quemcumque alium, difficile, quem amor sui a sua